

Darwider schreibet D. Johan. Gerh. in cent. quæstionum
politicarum decad. 6. n. 10. respondente Elia KR OHN Au-
striaco. scilicet.

Virum sagarum per aquam frigidam probatio licita?

R. Varia & præsertim sex genera fuere tentationum, quibus
innocentia accusatorum probata & tentata fuit, referen-
te Johan. Georg. Gœdlm. de sagis. lib. 3. cap. 5.

Primum fuit per flammam, quo genere olim tentatus fuit
Hieron. Savanorola philosophus insignis, Monachus Do-
minicanus Florentinus. Philip. Comin. 8. hist. Gall. c. 19.

Secundum per iudicium crucis duello sc. quod ad exem-
plum Danielis excogitatum i. Samuel. 16.

Tertium per sortes.

Quartum per Domini corpus, de quo Johan Tritem. in
Chron. c. 15. & Gregor. Turonens. lib. 10. cap. 8.

Quintum per ferrum candens de quo Cam. 2. modit. hist.
18. Crantz. lib. 4. cap. 26.

Sextum & ultimum per aquam calidam & frigidam: Vbi
suspectus aquæ calidæ immittebatur, si insons illæsus, si sons
adustus fuit, Johan Avent. lib. 4. in annalib. Bojor.

Vel venefica (veneficarum enim hoc ultimum propriis-
simum fuit) ligatis pedibus, & manibus flumini leviter impo-
sita, si submersa insons, si supernata vit sons fuit habita. Hæc
explorationum genera omnia cum Diabolico instiuctu sunt
excogitata, & ad divinæ potentiæ tentamenta vergant, (Non
enim est hominum potestas, conditio atq; autoritas, ut suo
arbitratu sacramentalia constituent, Cam. p. 2. c. 18.) Ideò re-
ctè pe jure prohibita, c. consuluisti, 2. q. 5. & præsertim ulti-
mum